Vir Clarissime!

Opus excellens feliciter appulit et magno gaudio me explevit. Pro duplici favorisatione sume gratis-simi animi mei significationem. Pretium 40 florenorum hodie postae mandavi; non multo post vero adlaborabo gratificari collectiuncula Fungorum.

Additamenta ad haec duo volumina III et IV^um, in ultima pagina voluminis IV^i commemorata, summopere optarem, humillime exorando, velis curare, ut mihi mittantur. Pretium Additamentorum abs mora transponam.

Publicationem clarissimi Bresadola, ubi Tua quoque fatigia exstant rite percepi et Tibi quoque, Vir Clarissime, sinceras ago gratias. Vive et labora sospes adhuc ad longissimas annorum series!!

Tuis pretiosissimis amiciis affecti, bus enixe devotus, salutando et Dominam Doctorem Titium, cum culta persisto
Prenčov 29. Sept. 1897.

devotissimus

Andreas Kmeť
parochus.

off IX – X – XI – 2 Chend

L Zr 50